

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuptiae ...

Heins, Johann

Rotenburgi ad Tubarim, 1633

III.

[urn:nbn:de:bsz:31-132651](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-132651)

III.

U Niversum pande Pindum, Phæbe, surge Vatum,
 (Quot quot aut sunt, aut fuerunt) agmen omne protenus,
 Cypridi novos triumphos gratulatum denuo.
 Cypridi, cui Senatus surgit omnis cælitum.

Cuiq; se submittit ultrò Vatum totus chorus;
 Eximias HENISII si fortè pervicaciam,
 Cujus ora postquam Amores Italis primos tulit,
 Atq; condidit pusillo, maximos, pol! vasculo,
 Tam venusta, tamq; blanda non reperta est ullibi
 Nymfa, qua movere saxum mentis umquam quiverit,
 Quæve calsactare frigus cordis ausa fuverit;
 Non, Venustatis si & ipsa qua omnis est compendium,
 Adria superba Princeps, contulisset, possidet
 Quicquid artis & leporis, quicquid atq; Gratia,
 Atq; Venerum, quicquid atq; est expetendum deniq;
 Donec inventa est Virago, cujus & primos diu est
 Morta quando extinxit ignes dira ferventissimos,
 Insimul duravit atq; corda tam gravi gelu,
 Ut novis queant videri porrò inepta ardoribus.
 Hic suam utrobique Cypris prodidit potentiam,
 Quæ DEOS, quæ mortuales, quæ creata & omnia,
 Quando vult, libetq; dulci subdere assoles jugo,
 Omnibus formamq; rebus endoducit alteram.

Ausonum nam cum videret esse frustra filias,
 Nec Viri mentem moveri, pectus aut mitescere,
 Quicquid attentetur, ullo (duritudinem heu!) modo.
 (Quippe virtutem putabat Terminum amularier,
 Non moveri, neminiq; cedere Stoa cliens,
 Ceterum secli Machaon, arte ubi medendi opus,
 Phæbus atq; cum canendi postulat necessitas,
 Cuncta comprehendantur uno ut, Magnus ille Henisius.)
 Altera exq; parte prudens faminini adverteret

A 3

Pectoris

Pectoris non-femininam firmiter sententiam
Stare, nullis vel Juventa vel Virum virtutibus,
Sive meritis subruendam, ceu sicut Constantia,
Ceu sicut Virtutis, haut potesse flecti faminam.

Hujus istiusq; dico, cum Diona cerneret
Sensa mentis dura, risit, atq; secum taliter
Insit, o insensa corda, sic ne nostram spernier,
Cui polus, solum salumq; subjacet, potentiam?
Haut hoc, haut impune abibit, saxo namq; denuo
Nostra, nolitis-velitis, jura complectamini;
Quisq; nemo vel virorum, vel virarum, qui verat
Haetenus se sat probare, mutuo crememini
Igne, mutuisq; flammis ambo torqueamini.

Sicce dictum, sicce factum est: ardor ilico novus
Corripit, momento q; uno flammatur, ecce! pectora
Utraq; externatq; prorsus, neutrum ut in se existere
Crederetur, altero sed endo sive vivere,
Seu mori cupires, extra se salutis appetens.

Namq; Henisius Bajeram sic, Bajera Henisium
Ita vicissim deperibat, qualiter Babylonium,
Noble fabulis vetustis, vix par illud arserat.
Nec medela saucijs, nec cordibus quies super,
Cypridis dium, per preces, per vota, perq; lacrimas,
Perq; victimasq;, tandem sedit indignatio,
Ante cuncta Henisianis victa dijs cantibus,
Quis vel Orcum morit ipsum nil minor prisco Orpheo,
Hac triumphica causa magni, quem Diona nunc agit,
Ante-multis vel-ferendi, quando vel Deos orans,
Sive captos mortuales duxit exo pristino.

Huncce, dico, gratulatum, Phæbe, Vates, surgite,
Cypridi manuq; doctâ ferta nectite Laurea.
Nos juvat victis, Dea de consecutâ gratiâ,
Atq; veniâ plaudere, atq; larga vota fundere,
Quo perennis illa duret, atq; crescat indies

Magne.

Magne, sic futurum, Henisi, sic, Bajera d aures,
(Alloqui nam vos libet jam) vestra ter-feliciter
Exq. voto cuncta mentis quod cedant conamina,
Quisq. corda invasit ardor vestra duret perpetim,
Absq. sed dolore, & absque radio & molestia,
Dulcibus confertus usque fructibus connubij,
Et benignitate abundans usque & usque caelica.

Sic Ego voveo, ominorq. Vos, Henisia est quibus
Musa, Virtus atque merita (summa cuncta) cognita,
Fibris mi succinatis: NUMEN OMEN IMPLEAT!

Opt. scaevae ergo, inter varias animi pertur-
bationes & tantum-non innumeras
interpellationes

F.

Joh. Georg. Styrhel.

IV.

Palindromon.

HENISII torus hic, felix qui conjuget tanta,
Lumina quor coelo, tot bona possideat!
ARS paret & **M**EDICI excellens mox Pharmaca Sponfi
Dulcia, profundis, quae bona Vulneribus.

Factori suo magno

Amicae gratulationis ac sui
commendationis ergo
l. m. fecit.

Josaphat Weinlin D.

Reip. Rot: T, Phys. ord.

Philo-